

*quicquid sit spirituale emitendum vel admittendum, dispositum.*

Hinc Aristarchus Samius, nuper ex Gallia redivivus, in Mundi Systemate sub tit. de Cometis, scribit: *Diximus initio, Nos, multas ob causas opinari, Terram animâ sensibili præditam esse, eandemque maximè compositam. Adjecimus postea eorum opinionem, qui putant ipsam inter multas facultates quibus pollet, etiam Expultrice & Attractrice gaudere; Unde attrahat velemittat quæ sibi vel convenire vel nocere nativo sensu reprehenderit, quemadmodum & cætera animalia & plantæ solent, sed & quidam lapides qui facultatem illam attrahendi & expellendi longè extra se exercit. &c. de quibus etiam videndus globus noster sulphureus in lib. 4. cap. 15.*

Volvitur itaque Terra, vitâ insitâ, convertitur ad Solem circulariter, firmaturque virtute magneticâ in sua verticitate, ne vacillet seu vagè in omnem Cœli regionem libretur. Atque si diurna vertigine non volvaretur, Sol

Aristarchi  
sententia de  
Telluris  
Anima.

Sunt lapides  
facultatem  
attrahendi  
& expellen-  
di habentes.

Telluris  
diurna Cir-  
cumvolutio  
maximè ne-  
cessaria.

Maria un-  
diquaque  
dispersa  
sunt Hori-  
zontaliter,  
nisi impedi-  
mento quia-  
sit.

**M**aria, unà cum Terrâ, effor-  
mant globum; & quidem ro-  
tundum secundum geometri-  
cam proportionem. Nam omnia Ma-  
ria in unum juncta, remotis impedi-  
mentis, Sphæricæ sunt figuræ, quod  
nullo negotio stabiliri potest. *Ex. gr.*  
Imaginetur sibi quis; si effundatur  
vase aliquo aqua super Mare, statim  
dispergetur aqua horizontaliter undi-  
quaque, quotcunque vicibus illud  
etiam reiteretur. Unde omnia quo-  
que flumina secundum horizontem  
fluunt, quando saltem ab origine alti-  
tudinem aliqualem habent, etiamsi  
sit unius ulnæ, non desinet fons à  
fluxu suo, usque dum totum flumen  
horizontaliter id est in accurata seu  
æquali à centro Terræ distantia, sub-  
sistat. Quod nos etiam docent Aquæ-  
ductus Romæ, qui, si ab initio aliquam  
saltem habent lapsum, derivantur  
deinde & protruduntur horizontali-  
ter, per aliquot milliaria.

constante luce, destinatæ alicui parti  
semper impenderet, ipsamque morâ  
diuturnâ ureret, animaliumque genus  
periret; in aliis verò partibus omnia  
horrida & frigore summo rigida, per-  
petuis umbris & nocte æternâ coo-  
perta, jacerent; quam miseram &  
horrendam utrinque faciem, cum  
Tellus pati non possit, astræâ mente  
ac vitâ in orbem volvitur:

*Spiritus intus alit, totamque infusa  
per artus  
Mens agitat mollem.*

Cæterum, si Terra est corpus ani-  
matum, habebit quoque vitam vege-  
tantem & crescentem; Si autem cres-  
cit Terra, tunc motus ejus diurnus ut  
& annua ejus latio, non erit perpetuò  
æqualis seu uniformis, sed cum tem-  
pore tardior, Ut lib. 4. cap. 3. posui-  
mus, & seq. cap. 16. in fine fere, viden-  
dum: Unde procul dubio *præcessio*  
*Æquinoctiorum* oritur, quæ alias pro  
singulari motu Stellis Fixis adscribitur  
& ab Astronomis Motus Retrograda-  
tionis vocatur.

*Si Terra  
crescit, ma-  
tus ejus fit  
tardior, un-  
de præcessio  
Æquino-  
ctiorum  
existit.*

## C A P U T V.

### *De Mari & Æstu Maris.*

Quantum autem *Maris Æstum* seu  
defluxum & affluxum attinet; nullum  
ferè Naturæ Phænomenon est, quod  
Physicorum ingenia tantopere exer-  
cuerit, seu plures conatus eluserit.

Est autem Æstus Maris exigua quæ-  
dam motio totius Oceani, quæ nobis  
videtur magnus affluxus & defluxus  
seu intumescentia & detumescentia  
magna: Ita ut semper in Tellure sint  
duæ intumescentiae à partibus oppo-  
sitis; Tempus verò inter duas ejus-  
modi intumescentias, ut & detume-  
scentias, est 12 horarum cum 24 $\frac{1}{2}$  min.  
Duo hæc tempora faciunt 24 horas  
cum 48 $\frac{1}{2}$  min. quæ ferè constituunt 25  
horas; Atque ideo singulis diebus in-  
tumescentia summa, integrâ ferè ho-  
rà (50 min.) tardius ad eundem Meri-  
dianum redit.

*Maris af-  
fluxus &  
defluxus re-  
spectu hujus  
Mundani  
corporis pro  
nihilo ha-  
bendus.*

*Tempus af-  
fluxus &  
defluxus.*

Sex itaque horis Mare affluit, toti-  
demque defluit; et si variis littorum an-  
fractus, declivitates, & situs loco-  
rum & Marium, Insularum obstacula,